

stum in humanitate et tñ crediderunt
 ipm vep. deū i sacramēto eucharistie
 Vñ Joh. xx. q2 vidisti me thoma cre-
 didisti. Beati qui nō viderūt et credi-
 derunt (dico ei vobis q̄ multi p̄phe-
 et reges voluerūt videre q̄ vos vide-
 tis) sicut Esa. lxiiij. qui dixit. Vtina
 distūperes celos et descenderes. Itē
 sicut aggeus qui dixit aggei. ij. Veni
 ac desiderat? cū dicitis gentib? Itēz si-
 cut moyses qui dixit. Mitte dñe quez
 missurus es. Item et p̄pha dauid. p̄s
 cxliij. q̄ dixit. Inclina dñe celos tuos
 et descende. et plures alij (et non vi-
 derunt) Gorra. scz eo modo quo vos
 videtis. viderūt em̄ ipm spūaliter. s3
 isti corporaliter et p̄ntialiter habentes
 eum. et ab eo q̄ volebāt interrogātes
 (et ecce quidā legisperitus) scz peri-
 tia lēali. nō intelligentia spūali. Vñ
 ambro. sup Lu. Quidā legisperitus
 verba legis tenēs. et ōba legis igno-
 rans (surrexit) scz ut melius audire-
 tur (tentās eum et dicēs. mḡt) Gor.
 magist. vocabat cui? discipul? esse
 no lebat (quid faciendo vitā eternāz
 possidebo) gor. videt? em̄ q̄tere humi-
 liter. cū dixit magister. Sapiēter cū
 dixit. quid faciēdo. Vtiliter cū addit
 vitā eternā possidebo (At ille dixit
 ad eū in lege quid scriptū est) .i. i le-
 ge diuina q̄ lex legum ē (quō legis)
 id ē quō doces discipulos tuos q̄ ad
 huc nescis p̄ quid pueniat? ad vitā
 eternā (at ille respondens dixit dili-
 ges dñm deū tuum ex toto corde tuo
) s̄m Bern. .i. sapiēter (ex tota aia). .i.
 dulciter (ex tota mente). .i. fortiter
 et p̄ximum tuū sicut teipm) .i. ad qd̄
 teipm scz ad grāz in p̄nti. et ad grāz
 in futuro. vñ eo ordīne q̄ teipm scz in
 fra deum et sup oīa t̄palia (dixitqz il-

li) scz iesus phariseo et legisperito
 recte respōdisti) nō autē recte fecisti
 q2 ut dicit glo. christus laudauit ei?
 responsum nō eius factum (hoc fac et
 viues) q. d. h° dicis et nō facis. iō ad
 vitā eternā non vadis (ille autē) scz
 phariseus et legisperitus (volens iu-
 stificare seipm). .i. demonstrare iustuz
 (dixit ad iesum. et quis est me? p̄xi-
 mus) gor. forsitan putabat q̄ cristus
 dixisset Iudeus est p̄xim? tuus. Et
 tunc responderet omnem iudeum di-
 ligo et sic appareret iustus (suspiciēs
 iesus dixit. Homo quidam descende-
 bat ab hierusalem i hiericho) que di-
 stat a hierusalem ad vnam diētam (et
 incidit in latrones. qui etiam spolia-
 uerunt eum et plagis impositis abie-
 runt semiuuio relicto) Erat enim ad
 litteram inter hierusalem et hiericho
 solitudo vel desertum in quo spolia-
 bantur aliqui hoies transeuntes a la-
 tronibus et occidebantur. in q̄ solitudi-
 ne captus fuit sedechias rex fugiēs
 de hierusalem a satellitibus regis ba-
 bilonis. ut habetur hier. vlti. ca. ly.
 Moraliter tñ exponitur de p̄ctōre de-
 scendēte a statu iusticie in p̄ctm mor-
 tale qui spoliatur a demonib? et relin-
 quitur semiuuius q2 tollit? ab eo vitā
 gratie remanente vitā nature. Misti-
 ce etiam per hominē iustum s̄m gor.
 intelligitur adam vñ omne genus hu-
 manum. ergo dicitur (Homo quidam
) scz adam vel genus humanū (descē-
 debat ab hierusalem). .i. de paradiso et
 statū immortalitatis (in hiericho). .i. i
 miserias et defectus vite p̄ntis (et in-
 cidit i latrones). .i. in demonuz p̄ctes
 (qui spoliauerunt euz) scz indumēta
 grē immortalitatis et innocentie aufe-
 rendo. ut ptz Gen. .ij. Primi p̄ntes